

manu suspiciendum, quod iamdiu nonit virtuti tuæ , maximè  
esse cognatum , Lucem videlicet radiosque eius . Evidem ,  
cœlo donante, nihil orbis hic aspectabilis pretiosius accepit, nihil  
pulchrius Luce ; quæ ipsius summa pulchritudo est : ea nitens  
puritate, ut nec alienis quidem sordere possit inquinamentis :  
dives adeo ; argenti, aurique, ac gemmarum, ipsa ut sit opifex :  
agendi vis indefessa, omnia mouens, agitans, animans : effusis  
simè ac celerrimè copiam sui omnibus faciens, radijs nunquam  
non rectis quodlibet diaphanum permeat . Sensit verò amœ-  
nissima naturæ hilaritas nulli non benefica , nulli non grata ,  
nullas vñquam experia contrariorum inimicitias ; sensit, in-  
quam, Genium in te suum : ideoque prægestit ; ac lœta aduolat ;  
Purpuramque tuam , in cuius sinu habitet , vnam legit : sensit  
videlicet mentem orbe maiorem ; integerrimam ; inconcussam ;  
recti ac iusti amantissimam : agnoscit Genium gerendis rebus  
indefessum, ac non minus felicem ; cuius supercilios ( ut Atlante  
cœlum) totus hic possit mundus inniti : publicæ mentis caput so-  
lidissimum ; & omni virtutum genere instructissimam manum :  
agnoscit generosi magnitudinem animi , hinc præclaro ingenitæ  
comitatis ac beneficentiae radio sic in omnes impensè effusam ;  
inde telis inuidia ita superiorum ; ut commune omnium Ordin-  
num certamen sit amor tui , & reuerentia . Fulgorem quidem  
circumspicit Eminentissimæ dignitatis, quæ te latere non sinit ;  
sed suspicit sapientiam , quæ vniuerso te orbi aspectabilem red-  
dit ; Virtutem admiratur , quæ omnium animos iamdiu tibi  
deuinxit . Et verò quod antiquissimum , ac longè à proavis du-  
ctum nobilissimæ Spadanæ Familia fulgorem non tam sacro  
murice, quam meritorum luce auxisti : quod multis adeo tum  
Nunciaturæ, tum Legationum, &c. Sapientissimè & quæ &  
felicissimè obitis à te prouincis ; nec non assiduis illis, quos in di-  
es sustines pro tota Repub. Christiana, laboribus ; non modò Ro-  
mam orbis caput, sed & cum capite orbem totum, communica-  
tis tuæ laudis ac veræ gloriæ radijs illustras : quod etiam no-  
strum Ordinem Minimorum , præter alias plurimas religiosas  
familias, ipsa tuæ illustris Protectionis prærogativa fones ; inde  
est , ut sponte sua & natiuo ingenio Perspectiva mea suo cum-  
lucis radio triplici , te respiciat , atque ad eundem te perfugiat  
velut